

**ASDBg, Fondo della Curia Vescovile, Visite Pastorali, vol. 2:** Visita del Vescovo P. Lippomano alla parrocchia di Romano di Lombardia del 1535.

[c. 43r]

Die dominico vigesimo tertio Maij 1535. | In terra de Rumano. | Dominus presbiter Deffendens de Pruinellis de Rumano vicecuratus testis pro infrascriptis | juratus et examinatus interrogatus. | Habent Misericordiam cum redditu mille librarum que bene regitur | in pauperes et infirmos dispensantur. | Hospitale non habent. | Disciplinam habent cum minimo redditu fortasse quattuordecim vel quindecim | perticarum terre et sunt<sup>1</sup> pauci scholares circiter tresdecim et | licet redditus sunt minimi tamen bene dispensantur. Habent | scholam Corporis Chisti cum redditu circiter centum librarum et dant uni | sacerdoti quotidie missam cellebranti et cantare idoneo libras centum decem. |

Animas a comunione habet circiter octingentas. |

Nullus est qui non sit confessus hoc anno quod ipse sciat. |

Legata persolvuntur maxime in presentiarum auctore Pretore pro fabrica | ecclesie Sancti Deffendentis qui edificatur super plathea. |

Sal non distribuitur sed panis et d vinum distribuitur ac pecunie | per Misericordiam et alios particulares ex maiorum testamento. |

Habent Conventum Fratrum Heremitarum. |

Libro baptismali utitur quis illum offert. |

Capella est in ecclesia ad altare Sancte Trinitatis de iure patronatus | rectorum ecclesie et Misericordie et laycorum quam posidet dominus presbiter | Christophorus de Alegronibus. |

Habent ecclesias campestres Sancti Joannis quam regit Comunitas cum redditu, | Sancte Marie de Cornova cum redditu quam regit Comunitas et | ecclesiam Sancti Petri cum redditu quam similiter regit Comunitas et | de redditibus solvunt stipendium capellanis, organiste, ceram pro ecclesia, | paramenta et alia ecclesiastica ornamenta. |

In ecclesia sunt due portiones utraque de iure patronatus: altera Comunitatis, | altera Capitanei de Coleonibus. Rector ellectus a Comunitate | est dominus Thomas de Trusellis curialis cuius vices gerit ipse | informans. Item interrogatus dicit quod alteram portionem possidet dominus | presbiter Petrus de Aquanis<sup>2</sup> Brixiaë habitans presentatus per dominum Gerardum | de Coleonibus. Item

---

<sup>1</sup> *Segue, ripetuto sunt*

<sup>2</sup> *Segue, depennato de*

interrogatus dicit quod portiones predicte insimul | habent unam domum sacerdotibus curatis  
deputatam quam rectores locant laycis. |

Sunt sub plebe Gisalbe.

Vestitu utitur honesto et tenui, vir exemplaris. ||

[c. 43v] Nonnulli confitentur in celebritate Corporis Chisti, nonnulli etiam in | festis Nataliciis,  
forte ad numerum centum maxime mulierum qui et Eucharestiam summunt. |

Dominus presbiter Christophorus de Alegris de Rumano capellanus ad altare | S.me Trinitatis testis  
pro informatione etc. juratus et examinatus et interrogatus dixit ut infra. |

Misericordiam habent cuius redditus ignorat sed prout ipse vidit | et audivit etc. bene dispensantur  
in pauperes et infirmos cum nonnullis pauperibus<sup>3</sup> puellis dant auxilium | decem librarum quum  
nuptie traduntur et dant singulis annis | in die S. Thome apostoli certam quantitatem farine omnibus  
domibus tam | divitibus quam pauperibus vigore cuiusdam legati et dant elemosinam | uni capellano  
in parrochiali ecclesia quotidie celebranti ad | altare Sanctorum Cosme et Damiani, alunt  
predicatorem tempore | Quadragesime. Hospitale non habent nisi quod scolares discipline habent  
quendam locum deputatum suscipiendis hospitibus | quibus exhibent comoditatem dormiendi et  
aliquid elemosine. Que Disciplina parvissimos redditus habet et sunt pauci scholares. | Habent  
Scholam Corporis Domini cuius redditus ipse nescit sed | scit quod quottanis dici faciunt unam  
missam quotidie et insuper | quolibet mense cantari faciunt unam missam in ecclesia maiori. |  
Animas a comunione habent circiter octingentas sexaginta quas | ipse in proximo Resurrectionis  
tempore comunicavit. |

Excellentissimus artium et medicine doctor dominus Antonius de Capredonibus | syndicus Comunis  
testis pro informatione juratus et examinatus | interrogatus<sup>4</sup> primo circa qualitates vicecuratorum et  
conversationem eorum dixit presbiterum Deffendum<sup>5</sup> esse virum bonum, exemplarem et |

inculpatum quo vero ad alterum vicecuratum dixit certo tempore | servivisse in cura dominum  
presbiterum Christophorum de Alegris qui et ipse | est vir bonus et idoneus et a certo tempore citra  
non servivisse, | super quo narravit rem que ob prolixitatem non describitur. |

Summa est quod in dies sperant habere vicecuratum qui deserviat | loco alterius. Circa alios  
presbiteros habitantes in loco, interrogatus dixit | nullum esse malum rumore de illis aut aliquo  
eorum. ||

---

<sup>3</sup> *Segue, depennato* dant auxilium

<sup>4</sup> *Segue, depennato* dixit

<sup>5</sup> Presbiterum Deffendum *inserito a margine*

[c. 44r] Misericordia gubernatur per Comunitatem et bene regitur. Tamen | non habent redditus quos habere consueverant eo quod temporibus | difficillimis factis et pestilentia, non sufficientibus annuis redditibus, | vendiderunt nonnullos fundos unde factum est ut redditus | sint diminuti, ii tamen qui superfuerunt legitime dispensantur | in pauperes et infirmos ac puellas nubiles. Circa quantitatem | reddituum dixit Suam Reverentiam non esse bene instructam sed quod | melius intelligeritis a magistro Joanne Petro tonsore qui fuit thesaurarius | anni preteriti et a domino Bernardino de Mazerolis qui est unus | ex presidentibus anni presentis. Disciplina habet inter parum et nihil. | Schola Corporis Domini bene regitur sed particularius poterimus | fieri certiores ex dicto suprascriptorum Joannis Petri et Bernardini. |

Dominus Bernardinus de Mazerolis syndicus Communis, testis pro informatione etc. | juratus et examinatus etc. et primo interrogatus circa qualitates vicecuratorum | dixit quod presbiter Deffendens, alter ex vicecuratis, optime se gerit, | vitam ducit honestam et exemplarem; | alter curatus in presentiarum non | habet substitutum sed in dies expectant. Circa alios sacerdotes | maxime iuvenens interrogatus dixit quod de eis non est aliquis malus rumor | in terra nisi quod quandoque ludunt pila in plathea exutis vestibus | cum schandalo civitatis, quorum unus, videlicet presbiter Franciscus, quandoque | canit lyra extra domum suam in aliqua domo extra menia terre, | ex quo layci schandelizantur. |

Interrogatus circa Misericordiam dixit quo habet quandoque ducenta scuta, quandoque plus, | sicuti valent redditus qui bene dispensantur in pauperes | et infirmos ac puellas maritandas nec non in alendo predicatorem | tempore Quadragesime. |

Scola Corporis Domini bene regitur. |

Circa legata dixit se esse debitorem circiter trium vel quattuor scutorum que ipse intendit solvere. Hortati sumus ut illa solvat cito. |

[a margine] Infantulus<sup>6</sup>. |

Item interrogatus dixit se audivisse quod quedam paupercula nominata La Rossa habitans in hac terra que alias habitavit cum domino | Octaviano de Fontanellis jam duobus mensibus vel circa peperit infantem | qui transportatus fuit ad Hospitalem Bergomi, licet ipse informans de dicto non habeat certitudinem. ||

[c. 44v] Dominus Bernardinus Gavarellus consul Communis, testis pro informatione etc. | juratus et examinatus etc. et per primo interrogatus circa qualitates et | conversationem vicecuratorum, circa presbiterum Deffendum dixit bene | per omnia. Alterum non habent sed in dies expectant; circa alios | sacerdotes dixit de presbitero Christophoro de Alegris: est vir | bonus et boni exempli qui

---

<sup>6</sup> Infantulus *inserito a margine*

annis preteritis exercuit curam. Ceteri vero | et ipsi ducunt vitam satis honestam preterquam quod  
quandoque exuti vestes | pila ludunt in platheis cum schandalo loci. |

Alia nescivit dicere que scribi debeant. |

An aliquid aliud sit correctione dignum dixit nescire. |

In sacrestia invenimus calices sex argenteos cum pathenis argenteis, unum cum cuppa argentea  
eneum, cetera inaurata. |

Crucem magnam argenteam auratam. |

Tabernaculum cum multo argento. |

Pacem argenteam. |

Indumenta, missalia quinque perfecta. |

Tunicellas duas sericas rubri coloris. |

Piviale unum celeste sericum celestis coloris. |

Missalia quinque talia qualia. |

Libros quatuor a cantu<sup>7</sup> |

Ceroferaria duo inaurata. |

Paria tria candelabrorum ex cupro. |

Turribulum eneum. |

Decretum decretalesque cum Abbatibus. |

Mantilia sex. |

Planetham ex veluto rubro. |

Palia duo quorum unum est sericum. |

Ingressi ecclesiam invenimus eam amplam et pulchram multum | ornatam hycona et sede in choro  
eleganti. Altare mundissimis | mantilibus ornatum. Ecclesia ipsa habet pavementum lateritium  
solidum et *multum sarcotecte*?<sup>8</sup> solida et pulcra clauditum firmissimis clavibus et [pisulis]<sup>9</sup>. Sunt in  
ea altaria sex. Solum maius consecratum, cetero habent *singula altaria sunt portatiles*<sup>10</sup> ornantur  
mundis mantilibus, paliis ||

[c. 45r] et candelabris invenimus. |

Sacramentum Eucharestie in decenti et firmissimo loco conservatum sed | tamen in pignone lignea  
vili. Admonuimus ipsos vicecuratos | quod sollicitent homines<sup>11</sup> quod provideant de tabernaculo |  
decentiori si non de argento saltem de cupro inaurato. |

---

<sup>7</sup> *Segue, depennato* videlicet

<sup>8</sup> *Lettura incerta*

<sup>9</sup> *Lettura incerta*

<sup>10</sup> *Lettura incerta*

<sup>11</sup> *Segue, depennato* consule

Baptisterium mundissimum et securum. |

Chrimale decenter conservatum, sed tamen admonuimus quod | provideant de altero si non de  
argento saltem ex stagno, | quia eneam ipsum producit quandam rubiginem que potius  
indevotionem | quam devotiones incutit videntibus. |

Cimiterium circumdatum muro suo sed pro nunc in aliqua parte | patet ut liberius possint introduci  
lapides, cementa et ligna necessaria pro edificanda quadam ecclesia.

Trascrizione di Sandro Buzzetti.